

QK 311 v Gromnitz
DISSE^TATI^O IVRIDICA

DE

M I N O R A T U
I N
F A M I L I I S I L L U S T R I B U S,

Q V A M

P R A E S I D E

I O. V L R I C O C R A M E R O ,

I. V. ET PHIL. D. PROF. IVR. ORD.

P. T. ACAD. PRO-RECTORE,

DIE XIX. IVLII A. MDCCXXXVIII.

P V B L I C E

I N AVDITORIO ICTORVM MARBVRGENSIVM

D E F E N D E T

I O. H E N R I C V S R I E M E N S C H N E I D E R ,

M A R B V R G E N S I S .



I E N A E

R E C. LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1740.



DISSESSATATIO IARIDICA

U T A R I M

FAMULI LITERARIBUS

AVO

LIBRARI

IO. VILKOG GRAMERO

LUTETIAE TROJALY ORD

LUTETIAE PROLEGOMENI





I. N. D. N. J. C.
DISSERTATIO IURIDICA
DE
MINORATV.

§. I.

Majoratus in genere dicitur ordo succeden-
di in bonis observata prærogativa sexus
& ætatis.

§. 2. *Primogenitura* Majoratus dicitur in quo lineæ
& in eadem gradus ratio habetur.

§. 3. In Primogenitura adeo in quacunque Linea
& quocunque gradu prærogativa sexus & ætatis obser-
vanda est (§. 1.)

§. 4. Quoniam Parentes in liberos jura sua trans-
mittunt; igitur quilibet filius primogenitus suis descendenti-
bus

bus lineam ad exclusionem secundogeniti & ejus Lineæ & iste ad exclusionem tertio geniti & sic porro constituit.

§. 5. Cum itaque transmissio hæc tamdiu duret, quamdiu supersunt ejus capaces; Primogenitura unam lineam ingressa tantisper in eadem continuat, donec aliquis ex eius qui successionis capax. (a)

§. 6. Senioratus Majoratus vocatur in quo Lineæ & gradus in eadem ratio non habetur, sed sola prærogativa sexus & ætatis intuitu totius familiæ spectatur.

§. 7. Majoratus in specie vocatur, in quo sola eorum qui sunt de familia a defuncto proximitas gradus, & in hoc tantum prærogativa sexus & ætatis attenditur.

SCHOLION. Vocabulo Majoratus in isto sensu generali & hoc speciali jam usus Illustrissimus Comes a Solms (b). Et res ipsa hunc vocabulorum usum exigit. In eo enim Senioratus, Primogenitura & Majoratus in specie similes sunt, quod in omnibus prærogativa sexus & ætatis observetur. Similitudo specierum autem genus constituit (§. 234. Ontol.). Unde statim patet Senioratum, Primogenitum & Majoratum in specie sub Majoratu tanquam generi suo contineri. Primogenitura vero propria determinatio est, ut ipsa lineæ & in eadem gradus rationem habeat, Senioratus e contrario solam sexus & ætatis intuitu totius familiæ prærogativam attendit. Hinc quoniam determinationes speciebus propriæ id sunt, quod differentia specifica vocatur (§. 239. Ontol.); definitiones Senioratus Primogenitura & Majoratus rite profecto formatæ sunt.

§. 8. Mi-

(a) DECIAN. Conf. 16. n. 44. Conf. 443. n. 29. PEREGRINVS L. IV. Conf. 34. n. 16. FVSAR. Conf. 40. n. 30.

(b) in Dissert. de Majoratu §. 4.

33 33

§. 8. *Minoratus* ordo succedendi dicitur vi cuius inter plures collaterales natu minor continuo succedit.

§. 9. Finis ultimus *Minoratus* est conservatio & splendor familiæ in duabus personis ad Regimen erectis & inde descendantibus stirpibus. *Intermedius* seu sub-ordinatus evitanda bonorum consolidatio.

§. 10. Quoniam itaque consolidatio bona antea divisa supponit: *Minoratus bona inter plures ejusdem familiæ divisa supponit, eorundemque divisionis conservandæ medium est.*

§. 11. Cum unus quisque preserim qui neque ascen-
dentes neque descendentes habet libere de bonis suis per ultimam voluntatem disponere, heredes instituere ac sub-
stituere, bonaque sua fideicommissis reciprocis gravare
atque restitutioni subjecere possit; igitur & bona sua in-
ter plures, qui sunt de ipsius familia, dividere, consequen-
ter etiam divisa conservare, atque adeo quoniam jus ad
finem habenti jus ad media quoque competit, *Minoratum*
constituere potest. (§. 10.)

§. 12. Quoniam tamen familias illustres & nobi-
les in splendore conservari potissimum interest; *Mino-*
ratus quoque in Familia illistribus & nobilibus potissimum
locum habet.

SCHOLION. Ob eandem rationem quoque Juri primogeniturae in familiis istis potissimum locus est, ita ut ad ea quæ raro contingunt referendum sit, si idein inter privatos observetur (c). Atque istiusmodi Mi-
noratum BALTHASAR Episcopus Vratislavensis A. 1561.

A 3

Testa-

(c) conf. doctiss. Dn. SEYFRIED in dissert. de Primogen.
consuetudine introducto, §. 9.

Testamento; cuius Tabula apud Lunigium leguntur (*d*), constituit, bona sua inter agnatos in tres lineas ALTWEICHAVIANAM, LESSENDORFFENSEM & NEVWEICHAVIANAM divisos ea lege distribuens, ut SORAVIANA in quibus SEYFRIED Lineæ ALTWEICHAVIANAE institutus, hac illo sine heredibus masculis defuncto extincta in LESSENDORFFENSEM, neutiquam vero in STANISLAVM, qui tanquam natu major inter fratres CAROLVM & CASPARVM in bonis PLESSENIS institutus, sed in CASPARVM natu minimum transmitterentur. Quod id ipse libere de bonis suis disponens sancire potuerit, nemo ibit inficias. Quamvis enim Lineæ ALTWEICHAVIANA extincta successiōnem solitariam in bonis SORAVIANIS adhuc intendet, æque facile tamen eandem natu minimo deferre & primogenitum præterire, ac in aliud veluti seniorem totius familiæ transferre poterat. Successio solitaria non præcise supponit primogenitum. Etiam hanc ratione eadem obtinetur, si cautum, ut is succedat, quem Pater ex filiis suis elegerit, quemadmodum inter COMITES FLANDRIÆ in usu fuisse constat testimonio LAMBERTI SCHAFFNABVRGENSIS (*e*). Immoubi ipsum Jus Primogeniturae introductum nonnunquam expresse sancitum, ut si primogenitus ad regimen inhabilis e. gr. prodigus esset, alter proximus succederet. De FRISIA Orientali id probat Comitis EDZARDI I. Testamentum de A. 1512. & dispositio Comitis EDZARDI ulterius apud LVNIGIVM (*f*). De DELPHINATV spaciati

(*d*) im Deutschen Reichs-Archiv Part. Spec. Contin. II. in Append. p. 58. (*e*) ad ann. 1071. p. 480. (*f*) c. l. Part. Spec. Contin. 2, sub tit. Ostfriesland n. 7. Vol.

66 76

ciatim notatu dignum, quod refert LEIBNITIVS (g), ipsum ab HUMBERTO DELPHINORVM ultimo in regiam Galliæ familiam ea lege A. 1343. translatum suisse, ne unquam Regi ipsi aut primogenito ejus vel Regni heredi obveniret, sed alteri proximo. Quæ dispositio valde similis est ordinationi EPISCOPI, quamvis hæc adhuc intercedat differentia, quod inter plures non præcisè natu minimo per illam successio deferatur velut tertio genito, si 3 existunt fratres, sed secundogenito, quod tamen Minorati repugnat.

§. 13. Cum finis Minoratus ultimus conservatio & splendor familie sit (§. 10.); divisio autem honorum alias conservationi familiarum in splendore obsit, ut exempla Principatum & Comitatum divisionibus ener-vatorum, si non prorsus pessundatorum extra omnem dubitationis aleam ponunt, atque à Per-Illustri Dn. de LUDOLPH annotatum (b); evidens est, quod *Minora-tus bona supponat pluribus ejusdem familie ad vitam statui convenientem sufficientia.*

SCHOLION. Atque ex his intelligitur eur Minoratus Familie conservationi & splendori inserviat. Sic enim non est, cur ultrageniti matrimonium inire detre-stent, quemadmodum solo Jure Primogeniturae in Familia introducto ob defectum bonorum ad alendam uxorem cum liberis sufficientium sàpe contingit, & ap-a-nagiis impropriis introducendis causam dedit, sicut vel sola Illustrissima Domus Hanoica exemplo suo docet,

& præ-

X. p. 499. & n. 8. p. 500. (g) in prefat. ad Cod.
Jur. Gent. Diplom. (b) Introd. in Jus Primog.
Part. gener. Aphor. 12. n. 12. f. 23.

& præprimis Apanagium improprium PHILIPPO SENIORI Pacto de A. 1458. assignatum evincit. Quo plures vero in Familia nubendi conditionem inveniunt, eo probabiliorem Familia conservationem esse per se patet. Sed & hoc res confessa est, Familiam eo splendidorem esse, quo plures in eadem numerari possunt, qui Regimini terrarum præsunt. Quod autem Episcopus id intenderit A. 1614. jam agnatum à ICTIS FRI-BVRGENSIBVS in causa litigiosa inter HENRICVM ANSHELMVM, WEICHARDVM, & SEIFRIDVM Linea LESSENDORFFENSI extincta de Jure respondentibus.

§. 14. Minoratus locum habet, si ex lineis in quas eadem familia divisa una extincta & superstes extincta substituta. Finis enim intermedium Minoratus est evitanda bonorum consolidatio (§. 9.). Enimvero istorum bonorum consolidatio neutquam metuenda, quamdiu linea, inter quas bona divisa vigent. Ergo tunc demum Minoratus locum habet, si ex lineis in quas eadem familia divisa una extincta. *Quod erat primum.*

Sed nec metuenda istiusmodi bonorum consolidatio, nisi linea extincta superstes substituta. Minoratus ergo nonnisi tunc locum habet, si ex lineis in quas familia divisa una alteri extincta substituta. *Quod erat alterum.*

SCHOLION. Ita Episcopus Linea ALTWEICHA-VIANAE LESSENDORFFENSEM substituit. Et in casu quo substituta linea successit, quæstio fuit, an secundum regulas Minoratus an Primogenituræ succedatur.

§. 15. Quamdiu linea inter quas bona divisa superstes, in bonis ipsis successio sit secundum Primogenituram. *Quo-*

Quoniam enim Minoratus supponit, ut agnatis in diversas lineas divisas bona diversa assignata fuerint (§. 10.) ; quoad successionem in eadem ratio totius familie haberi nequit. Atvero in Senioratu & Majoratu in specie ratio totius Familie habetur (§. 6. §. 7.) Primogenitura vero rationem linea quam ingressa est habet (§. 5.) Ergo quamdiu linea inter quas bona divisa superstites, in bonis istis successio fieri debet secundum Primogenituram.

SCHOLION. Atque ita BALTHASAR Episcopus Primogenituram introduxit in bonis Linea Altweichavianæ & Lessendorffensi delatis, prout patet ex Articulo 3. : Ibi enim successio devolvitur auf der Besitzer älteste Söhne / in Mangel derer auf ihrer älteste Brüder / und der Brüder älteste Söhne.

§. 16. Quoniam in bonis primogenitura affectis filia excluduntur (§. 3.), filia vero per consuetudinem vel Pactum familie à successione exclusa erga dotem congruam renunciare tenentur. (§. 25. Dissert. IV. de Fil. Nob.) ; *In Bonis Minoratus filia erga dotem congruam renunciare tenentur.*

§. 17. Si bona primogenitura affecta, primogenitus ultra genito ejusque heredibus debet Apanagia (i), & quidem semel pro semper (k). Ergo successor in bonis Minoratus ultragenitis ejusque heredibus ad Apanagia semel pro semper tamen prestante tenetur.

SCHOLION. De utroque Episcopus in Testamento suo Artic. 3. dispositus, & quantitatem Apanagii & do-

tis

(i) conf. Autores quotquot de Apanagio Commentati quos junctim edidit Joach. Mejerus iub. tit. Corporis Juris Apanagii & Paragii. (k) Hallenses. T. II. L. II. N. 93. n. 76.

cis ad evitandas desuper discordias determinavit, utrumque etiam semel pro semper præstari jussit.

§. 18. Quoniam Præmogenitus Juri Præmogenitura renunciare & integrum ius suum in alterum transferre potest, vel etiam si ille ad regimen incapax fuerit aliis succedit (*l*) ; quamdiu linea inter quas bona divisa superstites sunt, necesse non est, ut semper Præmogenitus succedat, sed aliis quoque succedere potest.

§. 19. Cum tamen incapacitas vel renunciatio Præmogeniti ordini secundum Jus Præmogeniturae succendi successioni nempe Lineali nil deroget (*m*), ut quoque constat exemplo filiorum LUDOVICI BAVARII de A. 1346, (*n*) igitur si quamdiu linea inter quas bona divisa superstites sunt, altus veluti secundogenitus in iisdem succedit, successio linealis semper tamen observanda est.

§. 20. Si Minoratus constitutus, necesse non est, ut quod dispositum in uno casu substitutionis linearum, expresse repetitum sit in casu substitutionis reciproca. Quod enim in uno casu substitutionis linearum dispositum, hanc rationem finali habet, ut evitetur bonorum consilio (*s. 9.*). Enimvero eidem rationi finiti in casu reciprocae substitutionis locus. Quod vero rationi finali conforme illud sub dispositione comprehensum nec omis-

(*l*) TIRAQVELL. de Præmogen. Qu. 24. MOLIN. DE HISPAN. Præmogen. L. 3. c. 2. num. 21. seqq. BETSIVS de Pact. Famil. Illustr. c. 9. STRVV. in Dissert. de success. secundogen. præ primogen. in Regna & Principatus s. s. (*m*) STRVV. cit. l. §. 30. (*n*) vi Diplom. apud LVNIG. Reichs-Arch. Part. Spec. Cont. 2. n. 94. Vol. VIII. f. 134.

omissum censendum (o). Hinc opus non est, ut quod Minoratu constituto expresse dispositum in uno substitutionis linearum casu, repetatur in casu substitutionis reciproca.

SCHOLION. Ita quamvis Episcopus ordinem retrogradum succedendi expresse solum determinaverit in casu successionis LINEAE LESSENDORFFENSIS ALTWEICHAVIANAE extinctæ substituta, idem ordo nihilominus quoque in casu substitutionis reciproca LINEAE ALTWEICHAVIANAE observandus. Quoniam enim ibi ratio finalis ipsius fuit evitanda bonorum SORAVIANI & PLESSENI consolidatio, ut semper duo ex Agnatis Regentes familiam splendidiorem redderent, & huic locus quoque est in casu reciproca substitutionis, quod & in hac eundem ordinem voluerit, ut statuamus sana jubet ratio. Semper enim illam interpretationem præferendam esse, quæ scopo Testatoris magis convenit, & ad illum obtinendum facit, dubio caret (p). Sane si EPISCOPVS interrogatus fuisset, num casus non expressus sub expresso comprehendendus sit, verosimiliter responsurus fuisset, quod sic. Id vero pro expresso habendum esse nemo non concedit. Nec latet ratio cur in substitutione solius Lineæ ALTWEICHAVIANAE injecta fuerit mentio. Ea enim soli SEIFRIDO tempore institutionis tanquam fulcro innitebatur; è contrario STANISLAVS institutus PLESNAE duos adhuc habebat fratres, adeoque interitus LINEAE ALTWEICHAVIANAE probabilius erat, quam interitus

B 2

LI-

(o) CRAVETT, Conf. 326. n. 9. Conf. Marburg. Vol. 2. C. 17. n. 43. (p) WERNHER, Sel. Obl. Far. P. 3.

O. 128. n. 2.

LINEAE LESSENDORFFENSIS. In genere quoque in substitutionibus id expediti juris est, substitutionem in unum casum conceptam ad alium quoque extendi posse, si eadem ratio & vero similis Mens Testatoris adsit (q), velut si quis alicui in Testamento expresse primo loco substituto tacite ac presumtive substitutus judicatur, tunc is secundo loco substitutus ei qui primo loco ac expresse substitutus est cum omnibus qualitatibus substitutus censemur, & posita in primo gradu substitutionis repetita censemur in secundo (r). Quodque ultra Testatoris verba ipsius voluntas aliquid operetur ex aliis substitutionum generibus appareat. Nam si quis e. gr. Cajum haredem institueret, & eidem vulgariter Sejum casu quo nollet esse heres substitueret, utique si Caus heres institutus aut morte aut alia ratione præpeditus non posset esse heres, nihilominus substitutioni locus esset, sive casus noluntatis expressus casum impotentia sub se comprehendenderet (s). Atque ita postquam A. 1619. d. 21. Jun. LINEA LESSENDORFENSIS extincta inter tres filias SEIFRIDI SORAE instituti HENRICVM ANSHELMVM, WEICHARDVM & SEIFRIDVM, super successione in bono PLESSENO lis orta, primo vi Juris Primogenituræ, ultimo vi Minoratus istud sibi afferente, in petitorio à FERDI NAN-

(q) CRAVETT. Conf. 326. n. 2. Dec. Resp. I. n. 158. (r)
arg. I. 1. C. de Impub. & aliis subst. & I. 8. §. final.
I. 10. ff. de Vulgar. & pupill. subst. Tib. Decian. Resp.
I. n. 379. R. 52. n. 33. Vol. I. (s) STRVV. Syntagm. Jur. Exerc. 33. th. 13. HAHN. & WESENE. ZOES. de Vulg. & Pupill. subst. n. 7.

NANDO II. pronunciatum, successioque SEIFRIDO
tanquam natu minimo adjudicata.

§. 21. Si Minoratu introducto expressa dispositio non
extet in casu utroque reciproca substitutionis, argumentatio
fieri debet à dispositione expressa in casu quo una linea extin-
cta. Quoniam enim dispositio Testatoris in uno casu
substitutionis cognita, in altero vero incognita est, vi
Principii Reductionis autem incognitum ad cognitum
reducendum (§. 472. *Psychol. Empir.*); etiam casus in
quo dispositio Testatoris incognita est, reducendus ad
eum in quo cognita. Enimvero Principium reductio-
nis supponit casus similes (§. 471. *Psychol. Empir.*). Quia-
re cum casus indecisus de quo quæstio is sit, quo una
linea extincta; si Minoratu introducto expressa disposi-
tio non extet in casu utroque reciproca dispositionis,
argumentatio fieri debet à dispositione expressa in casu,
quo una linea extincta.

SCHOLION. Atque ita argumentati I^{CTI} FRI-
BVRGENSES (1): Es hat der Herr Testator in dem
dritten Articul auf den Fall die Weichhausche Linie
gänzlichen abgehen werde zu dem Sorauischen Fi-
deicommiss - weder den Herren Stenzel/ noch den
Herrn Carlin/ sondern den Herrn Caspary den drit-
ten und jüngsten zu den ertedigten Fideicommisso
Soraviano erforderl/ und noainiret. Ergo so hat
er auch in casu converso und im Falle der Lessendorf-
sische Stamh gänzlichen abgehen sollte/ nicht den
ältesten/ auch nicht den Mittlern/ sondern den drit-
ten erforderl. Et quoniam ex natura caula seu ratio-
nis

B 3

(1) In der Wiederlegung Freiburgischer Facultät contra
Herr Weichards Gegen-Nothdurft Mensl Dec. 1614.

nis finalis hoc casu quo diversum à Testatore non experitur dispositum, clarissime patet taciti & expressi aequiparatio; quin utriusque & hic eadem sit vis, nulli dubitamus.

§. 22. *Ex eo quod in Linea substituta jus Primogenitura hactenus viguerit, argumentari non possumus, quod in bonis linea substituta altera extincta delatis similiter secundum idem succedendum sit.* Quod enim in Linea substituta Jus Primogenitura hactenus viguerit, id inde est, quod utraque Linea superstes fuerit (§. 15.). Si vero Minoratu introducto expressa dispositio non extat in casu utroque reciprocæ substitutionis, argumentatio fieri debet à dispositione expressa in casu quo una Linea extincta (§. 21.). Ergo argumentum dictum nullum est.

Et pone, quod quis ita argumentaretur: sane à diversis argumentum diceret. Quod enim in Linea substituta Primogenitura hactenus viguerit, id utrasque lineas institutas supponit superstites (§. 21.). Minoratus vero locum habet altera linea extincta (§. 14.). Sed vero perinde non est, an utraque linea superstes sit, an vero una extincta. In illo namque casu si Primogenito successio in bonis defertur, nil sit quod intentioni Testatoris adversum, quemadmodum è contrario in casu Lineæ extinctæ, quo ex ista successione consolidatio bonorum sequetur, cum tamen adhuc fieri posset, ut in Familia duo Regimi Terrarum præsens, quemadmodum Testator intendit. Idecreso casus sibi invicem substitui nequeunt; adeoque diversi sunt; consequenter nemo non concedet illationem ab uno ad alterum à diversis fieri.

SCHOLION. Profecto fallaciam a dicto secundum quid ad dictum simpliciter committeret, qui ita argumen-

gumentaretur, & que ac ille, qui ex eo quod Imperator in l. 2. C. de *Tut. vel Curat.* qui *satis.* Tutorem qui in opia causa satis dare non potest, à Tutela removendum dicit, statueret id simpliciter de quovis Tute in ope intelligi debere: cum tamen secundum quid tantum intelligi debeat: de eo nempe qui & in opia causa satis dare nequit & insuper suspectus est de fraudulenta & dolosa administratione §. 12. *Instit. de suspect. Tut.* Tunc enim hanc fallaciam committi ait STEPHANI (n), quando ex aliquo secundum quid dicto, id est secundum qualitatem aut circumstantiam quandam, illud quod simpliciter est tale efficere volumus. Enimvero Jus Primogeniturae in qualibet Linea secundum quid tantum observandum, si nempe Linea vi primævæ institutionis succedit, non vero simpliciter si etiam ex substitutione succedit. Indeque nil moveret, si quis diceret, quod ex primæ institutionis qualitate regulanda sit sequens substitutio, & qualitatem institutioni adjectam in substitutione repetitam censendam esse. A prima nempe institutione eam ob causam ad substitutionem illatio sit, quoniam Testator idem in substitutione voluisse præsumitur, quod expresse in institutione voluit: cum alias diversum exprimere debuisset. Unde in proposito est illam illationem non procedere, si in substitutione diversa qualitas expressa, quemadmodum in substrato supponitur. Dein introductio Minoratu institutio & substitutio non fiunt in eadem re. Institutio enim sit in bonis uni saltem Lineæ in splendore conservandæ sufficientibus, eidemque propterea quamdiu durat destinatis. Substitutio vero sit in bonis alii adhuc lineæ in splendore conservandæ

(n) in *Dialectica Juris* L. III. C. XIII. p. 394.

sufficientibus.¹⁰ Si vero qualitas institutioni adjecta censeretur debet repetita in substitutione, id verum solummodo est si institutio & substitutio in eadem re sit, secus si institutio in una re sit, & substitutio in alia.

§. 23. *Minoratus demum ultimo in & substitutarum herede extinguitur.* Tunc enim demum obtineri nequit, ut plures regimini terrarum praesint, adeoque ratio finalis Testatoris cessat. Quia in omni dispositione cessante cum cesseret ipsa dispositio; Minoratus demum in ultimo in & substituarum linearum herede extinguitur.

SCHOLION. Atque id non solum menti sed & verbis EPISCOPI conforme. Etenim in articulo 7. expresse sanxit, facta demum consolidatione in ultimo herede extinctis duabus lineis primis ALTWEICHAVIANA & LESSENDORFFENSI tertiam NEVWEICHAVIANAM succedere debere.

§. 24. Quare cum ultimus Linea superstitis non sit, qui duos vel plures post se relinquunt liberos; *Minoratus non extinguitur*, qui in Linea superstite post mortem suam duos vel plures post se relinquunt liberos.

§. 25. Quodsi ergo in Linea substituta unus saltus superest ad quem bona simul devolvuntur, consolidatio in eodem facta non dicenda, si liberos post se relinquunt. Et pone consolidationem in eodem fieri. Si liberos post se relinquunt, plures in eadem familia ad regimen terrarum non evenherentur, cum tamen fieri posset. Quod cum contrarietur fini statuentis (§. 9); consolidatio in eo qui in linea substituta unice adhuc superest, post se vero liberos relinquunt, facta non dicenda.

SCHOLION. Nec sane sequitur: bona inter duas personas divisa ad unam simul devolvuntur. Ergo in u-

nisi redeunt. Quod tamen ex mente VLPPIANI in l. 3:
ff. de usufr. accr. ad consolidationem requiritur, ut pro-
be perspexit SIMON SCHARDIVS (v). Perinde es-
set, ac si statim pro pertinentiis rei haberet, quæ cum
eadem simul tenes, veluti hortum, quem simul cum æ-
dibus tenes. Quemadmodum hic destinatio requiri-
tur (w), ita & ibi dispositio statuentis consideranda, si
quæ à solido divulsa, iterum se solido jungant seu in
unum redeant. Illa si deficiat, bona divulsa in unum
non redeunt, et si unus eadem simulteneat. Quod ve-
ro consolidatione in casu quo ille qui unice in linea substi-
tuta superest, liberos vero post se relinquit, statuentis
dispositione contrarietur, in casu præsenti oppido patet:
quoniam EPISCOVS in eo qui extinctis lineis duabus
prioribus successurus esset consolidationem fieri expre-
se sancivit. Ecquis non videt eundem hie paralogismum
committi argumentando à simultanea bonorum divul-
sorum possessione ad consolidationem, qui in casu re-
nunciationis filiarum nobilium bis auf einen ledigen
Anfall committitur, argumentando à simultanea bono-
rum possessione fratris ad confusionem. Quemadmodum
igitur onus restitutionis hanc impedit (§ II. Diff. II. de Pact.
reserv.), ita & idem consolidationi obest in casu quo unus
in linea substituta superest, post se vero liberos relinquit:
pluralitas namque personarum ejusdem linea ex volunta-
te statuentis bona ad unam devoluta, restitutioni reddit
obnoxia. Dein ob necessitatem solummodo bona ista
divulsa uni simul concessa, quia plures in eadem linea non
exitere. Si ergo plures rursus existant nec illo unico linea

C extin-

(v) in Lexic. voce consolidatio.

(w) BE SOLD.

Consil. 180. n. 152. M E V. P. 2. Dec. 199.

extinguatur, causa necessitatis cessat: necessitatis causa vero cessante, cessat & id quod ob necessitatem concessum (x). subque tacita hac conditione illorum bonorum simultanea concessio facta censenda, quamdiu plures non extiterint. Quam ob causam quoque EPISCOPVS in easum extinctae LINEÆ LESSENDORFFENSIS non SEIFRIDVM, sed ipsius stirpem substituit, haud obscuro indicio, si is liberos haberet, consolidationem in ipso non fieri, sed natu minorem ad successionem admittendum esse. Qui ergo velle potuisset, ut si SIGISMUNDVS SEYFRIED tempore delationis quo SEYFRIED WEICHARDI nepos decederet superesset, post se vero descendentes relinqueret, quemadmodum reliquit ERDMANNVM, OTTONEM VLRICVM, HENRICVM, consolidatio in dicto SIGISMUNDO SEYFRIED fieret. Ethic stirpem SIGISMUNDI SEYFRIED ad successionem vocatam dicamus necesse est: dum nulla appareat diversitatis ratio.

§. 26. In bonis Minoratus quoad delationem ordo ejus secundum quem vi primogenitura succeditur inversus observandus est. Quoad delationem enim ille ordo observandus, quo impeditur consolidatio bonorum (§. 9.). Enimvero quoniam Minoratus locum obtinet in linea alteri extincta substituta (§. 14.), in eadem autem quoad bona in quibus instituta est Jus primogenitura viget (§. 15.), idque in deferendis bonis incipit a primogenito, & progreditur ad secundogenitum atque ab hoc ad tertiogenitum & sic potio (§. 4.); consolidatio evitari nequit, nisi vi Minoratus bona deferantur natu minimo velut tertio genito, & ab hoc ad secundogenitum, & sic ulterius ad primogenitum progressus fiat. Qui ordo cum ejus secundum quem

vi

(x) BARBOSA L. XII. c. VI. n. II.

vi juris primogeniturae succeditur inversus sit (§. 4.), evi-
dens est quod in bonis Minoratus quoad delationem ordo
ejus secundum quem vi juris primogeniturae succeditur
inversus observandus sit.

SCHOLION. Ordinem hunc in Testamento EPI-
SCOPI observabis. In casum enim extinctæ Lineæ ALTE-
WEICHAVIANÆ bona SORAVIANA primo ad CAS-
PARVM tertio genitum, ab hoc ad CAROLVM secundo
genitum, & dein deinceps ad STANISLAVM voluit transmitti.

§. 27. Quoniam itaque in casu quo Minoratus lo-
cum obtinuit diversæ iversus ortæ sunt lineæ inter quas bo-
na divisa; quamdiu iste superficies sunt, in bonis vi Minora-
tus alicui delatis dein successio sit secundum ordinem Primo-
geniture (§. 15.).

§. 28. Cum adeo quilibet in bonis Minoratus sue-
cedat vel tanquam remotior vel tanquam natu major ali-
cujus lineæ ad quam successio semel devoluta (§. 27. §. 28.) ;
omnis successor in bonis Minoratus jus suum succedendi non tam
Antecessoris beneficio, quam ex institutione fundatoris babet.

§. 29. Quoniam igitur ex eadem institutione omni-
um successorum in bonis Minoratus æquale jus est, omni
successori bona Minoratus ita restituenda sunt, quemadmodum
primus antecessorum eadem accepit à fundatore.

SCHOLION. Quodque bona minoratus restitu-
tioni obnoxia velit Episcopus, indicat verbis: sondern
dieselben vollkommenen, wie sie von uns an sie kom-
men und geerbet, in esse erhalten/ und vermöge dieser
Succession und Ordination verstreichen.

§. 30. Qua propter possessori bonorum Minoratus
prater administrationem eorundem ad conservandam famili-
am in splendore nil relictum.

SCHOLION. Nec Episcopus artic. 2. plus juris possessori bonorum Minoratus tribuit, quam administrationem, verbis, seiner administration also bald enſet werden.

§. 31. Et quoniam bona successoribus ita restitui nequeunt, quemadmodum ipsis in Ordinatione fundatoris destinata, si debitum onerata sunt; possessori bonorum Minoratus integrum non est eadem debitis onerare.

§. 32. Cumque ne quidem restitui queant, si alienata; possessor bonorum Minoratus, eadem alienare nequit.

§. 33. Quia itaque nec oppignorari nec permutari potest, quod alienari nequit; bona Minoratus à possidente nec oppignorari nec permutari possunt.

§. 34. Bona Minoratus ultima possessoris voluntate ad alium quam quem Ordo successionis tangit, etiamsi de familia sit transferri non possunt. Pone enim bona Minoratus ultima possessoris voluntate ad alium quam quem ordo tangit transferri. Quoniam ordo successionis in bonis Minoratus Fundatoris Ordinatione stabilitus (§. 26.); voluntati ejus repugnaret, si bona Minoratus alii quam quem Ordo successionis tangit restituerentur; adeoque alienata dicenda essent, si eidem restitui non possent, etiamsi is in quem translata neutquam extraneus sed aliquis ē familia esset. Quare cum alienatio bonorum Minoratus prohibita sit (§. 32.); possessor præsens quoque eadem ultima voluntate ad alium, quam quem Ordo successionis tangit, transferre prohibetur.

SCHOLION. Certe eadem ex ratione, qua refutatio feudi ulteriori agnato quam qui alias successurus est prohibita (y); alienatio prohibita quoque censenda, qua bona Minoratus in alium quam quem ordo successionis tangit translata.

§. 35. Si in linea substituta unus saltem supersit, ad quem bona simul devolvuntur, qui vero liberos post se relinquit, quoad bona Minoratus nulla substitutio diviso parentum inter liberos. Si enim in Linea substituta unus saltem supersit, ad quem bona simul de-

vol-

(y) 2. Feud. 26. §. TITIVS. STRV. Jur. Feud. c. 12, th. 14.

ANTON. Inst. Feud. p. 242.

volvuntur, consolidatio in eodem facta non dicenda si liberos post se relinquit (§. 25.) ; consequenter ordo successionis inviolabiliter adhuc observandus, bonaque Minoratus ei restituenda quem ille tangit. Enimvero si divisioni parentum inter liberos locus esset, bona Minoratus alii quam quem ordo tangit restituenda essent: cum etiam inæquali divisioni stare teneantur liberi, tanquam præventioni arbitri familie herciscunda (z). Quod cum fieri nequeat (§. 26.) ; evidens est, quod si in linea substituta unus saltem superest ad quem bona simul devolvuntur, qui vero liberos post se relinquit, quoad bona Minoratus nulla subsistat divisio parentum inter liberos.

Idem aliter sic demonstratur: Divisio parentum inter liberos similis est emptioni venditioni l. r. C. comm. ur. jud. (a). Quemadmodum itaque is, qui in linea substituta unice saltem superest, liberos vero post se relinquit, ob non factam consolidationem bona Minoratus vendere nequit (§. 32.) ; ita nec divisio parentum inter liberos subsistit.

Adbuc aliter. Divisione parentum inter liberos facta ab intestato succeditur l. fin. C. famili. erit. eademque adeo supponit bona in quibus successioni communii locus est (b). Enimvero in bonis Minoratus non communi sed peculiari successioni locus (§. 26. 27.). Quare cum talia bona maneant, etiamsi ad illum qui unice in linea substituta superest simul cum iis in quibus eadem instituta devolvantur; utique quoad bona Minoratus nulla subsistit divisio parentum inter liberos.

§. 36. Quare cum divisione parentum inter liberos manusquid sit Testamentum inter liberos: cum valeat dispositio quæ valere non potest ut Testamentum seu divisio paterna (c); possessori honorum Minoratus multo minus licet Testamento eadem transferre ad alium quam quem ordo successionis tangit.

C 3

SCH-

- (z) HERTIVS de Præleg. §. 5. WILDVOGEL. de Divis. Parent. int. lib. CARPOV. P. 3. C. 4. d 21. GAIL. L. 7. p. 100. (a) BOEHMER. T. I. Consul. 761. n. 4. (b) WERNHER. Select. Obs. For. P. V. O. 236. (c) LYNCKER. Resol. 380. BERGER in Resp. P. I. R. 188. p. 315.

SCHOLION. Atque ita Mense Januarii anni præteriti respondit AMPLISSIMA NOSTRA FACULTAS ; divisionem nempe parentum inter liberos nullam esse quam fecit SIGISMUNDVS SEIFRIED prvidens eandem litem resuscitatum iri , quæ agitata inter liberos SEYFRIDI SORÆ instituti, postquam ad illum in Linea ALTVVEICHAVIANA LESSEN DORFFENSI substituta unice adhuc superstitem bona SORAVIANA & PLESENNA simul translata , quave divisione ERDMANNO inter tres reliquos filios OTTONEM , VLRICVM , & HENRICVM omnia simul assignavit , jusque adeo HENRICO natu minori ex primæva Fundatoris institutione quæsumum abstulit . Eademque similiter nullum declaravit Testamentum BALTHASARIS ERDMANNI quo bona PLESENNA ERDMANNO relicta & FRIDERICO BALTHASARIS FRIDERICE consilientis Patri ablata fuere.

S. 37. Abdicatio antecessoris in bonis Minoratus non nocet successori. Pone enim abdicationem antecessoris nocere successori. Quoniam omnis successor in bonis Minoratus jus suum non beneficio antecessorum sed ex institutione fundatoris habet (§. 28.) ; antecessor de jure tertii sine illius consensu disponere posset. Quod cum ipsi rationi repugnet ; fieri nequit ut abdicatio antecessoris successori in bonis Minoratus noceat.

Idem aliter sic ostenditur : Pone contrarium. Abdicatio-
ne igitur antecessoris fieri posset, ut alias succederet, quam
quem ordo successionis tangit ; consequenter & ille qui suc-
cedit in bona in quibus Linea substituta instituta. Quare
cum hac ratione omnis ordo succedendi qui fundatori placuit
inverteretur, & prius bona consolidarentur quam voluit,
quod contrariatur voluntati ultimæ inviolabiliter servandæ ;
sequitur ut abdicatio antecessoris successori in bonis Minor-
atus non noceat.

SCHOLION. Atque ita respondimus illustrissimo Co-
miti BALTHASARI FRIDERICO DE PROMNITZ nos
consilienti, an teneatur abdicatione Patris FRIDERICI qua
factum, ut bona Soraviana & Plessena simul in illustrissimum
Comi-

Comitem ERDMANNVM devoluta fuerint. Ad divisionem parentum inter liberos & abdicationem dubio procul quoque respexit Episcopus, prohibens artic. 2. quoscunque actus, damit dieser verbothenen, verschwornen Alienation zu wider gehandelt werden möchte, wie sie auch durch Menschen List erdacht könnten werden, oder in Rechten zulässig wären, welchen beneficij sie expresse renunciren sollen.

§. 38. Successor bona Minoratus facto antecessoris in alios translata revocare posset, etiam si ipsius heres sit. Quoniam enim successor in bonis Minoratus jus suum succedendi non antecessoris beneficio, sed ex institutione fundatoris habet (§. 28.); bona facto antecessoris ad alios translata non revocat ut heres, sed ut remotior vel tantquam natu major, sive etiamsi heres alias teneatur praestare factum defuncti per notoria, id tamen non obstat, quo minus dicta revocatio subsistat.

Idem & hoc modo patet. Antecessor bona Minoratus successori ita restituere tenetur quemadmodum primus antecessorum eadem accepit a fundatore (§. 29.). Jam vero heres non tenetur approbare factum defuncti in iis, quæ defunctus tenebatur omnino relinquere ipsi heredi (d). Ergo nec successor in bonis Minoratus factum antecessoris bona contra ordinem successionis transferentis approbare tenetur, adeoque ista jure revocat.

§. 39. Successor in bonis Minoratus translationem eorum ab antecessore contra ordinem successionis factam approbare non tenetur, etiam si ab hoc juramento firmata fuerit. Si enim antecessor translationem bonorum ad alios quam fert ordo successionis juramento firmat, juramentum hocce promissorium est. Enimvero juramentum promissorium mediante promissione subsistit (e), consequenter nullum est, si haec nulla. Quare cum hæc nulla sit, (§. 32.) ; nec successor in bonis Minoratus translationem eorum contra ordinem successionis approbare tenetur, etiam si ab antecessore firmata fuerit.

§. 40.

(d) STRYCK. de Jure successor. in revocand. bon. Famil. §. 41.

(e) HERT. T. I. R. 181. n. 15. BOEHMER. T. I. R. II. n. 7. 8.

§. 40. Successori in bonis Minoratus contra ordinem successionis ab antecessoribus ad alios translatis exceptio prescriptionis nunquam obstat. Quoniam enim Ordo successionis Testamento stabilitus (§. 26.) ; omnis bonorum Minoratus translatio eidem contraria Testamento prohibita est. Enimvero ob alienationem Testamento prohibitam nunquam currit præscriptione (f). Ergo nec exceptio præscriptionis successori in bonis Minoratus contra ordinem successionis translatis unquam obstat potest.

§. 41. Quoniam introducto Minoratu cuiuslibet possessoris bona restitutioni obnoxia sunt (§. 29.) ; igitur cautione opus de bonis sartis tectisque conservandis & successori integre restituendis, nihilque dolo malo effectum iri, quo deteriora fiant. Inde hodie consultius juramentum adhibetur.

SCHOLION. Illustr. Domus Promniziana id suo exemplo comprobat, exhibetque formulam Juramenti LVNIG c. l. sequentem : Ich N. gelobe und schwere zu Gott dem Allmächtigen, daß ich den letzten Willen, Testament, Succession oder Ordnung, so der Hochwürdige in Gott Fürst und Herr, Herr Balthasar, Bischoff zu Breslau, Herr zu Pleß, Cora und Eriebel, des Fürstenthums Sagans Pfandherr, Obrist Hauptmann in Ober- und Nieder-Schlesien, ausgerichtet, die Zeit meines Lebens, in allen Puncten, Clausuln und Articuln, stet, veste und unverbrüchlichen halten will, von Haab und Gütern, so an mich laut Thro Fürstl. Gnaden Succession und Ordnung kommen und gesallen, nichts verwenden, verkauffen, verschenken noch vergeben, sondern J. F. G letzten Willen, Succession und Ordnung, in allen Puncten, Clausuln und Artikeln unverbrüchlich nachsezzen und nachkommen, auch kein List oder Disputation der Juristen und Rechtsverständigen gebrauchen, sondern mich allein des klaren, hellen und einfältigen Buchstabens in einem oder dem andern Artikel verhalten und gebrauchen, als mir Gott heisse.

E. gr.

(f) 1. 2. C. de usucap. pro emt. L A V T E R E, in Colleg. Theor. Pr. L. 41. Tit. 2. §. 25. p. 234.

Weichau † 1480.

elmus

ried

us Sorx

1597. machte den Vergleich mit Abraham.

Weichard,

Weichard † 1618.

Seyfried † ohne Erben

1650.

erbete Pless nach
Seyfrieds Tode.

Seyfried,

† ohne Erben,

Pro quo

in petitorio in

Aula Cæsarea

1619. den 21. Junii

judicatum, &

immissus obtinuit

Minoratum Plessoviens.

563.

Ulrich 1693.

zu Psorthen.

Heinrich

zu Kreppeldorf.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Erdmann,

† 1704. ohne Erben.

Friedrich geb. 11. Oct. A. 1684.

zu Halbau, † 1712, alt 27. Jahr,

8. Monath, den 13. Junii.

Balthasar Friedrich, geb.

den 17. Dec. 1711.

Consulent, qui Quæstionem
movet.

ied.

E. g.

Sigismundus von Promnitz

allgemeiner Stamm-Vater, † 1444.

Caspar zu Leisendorff † 1460.

Caspar

Balthasar
Episcopus & Testator,
† 1562.

Stanislaus,
Institutus Pleßna,
† ohne Erben
1564.

Carolus,
Pr. Substitutus
Pleßna, erbte
Pleß von Stanislaus.

Caspar,
Substitutus
primus Sorz
† ohne Erben,

Abraham
erbte Pleß, und † 1613,
ultimo Leisendorffianæ Familia.

Balthasar zu Weichau † 1480.

Anshelmus

Seifried
Institutus Sorz

erbte Sorau und † 1597. machte den Vergleich mit Abraham.

Henrich Anshelm,

† 1622,
Ergriff Pleß nach Abrahams
Dode 1613, und ward in
Possessorio gefügter.

Sigismundus Seyfried
brachte Sorau und Pleß
zusammen 1650. † 1654.

Weichard,

Weichard † 1618.
Seyfried † ohne Erben
1650.

erbte Pleß nach
Seyfrieds Dode.

Seyfried,
† ohne Erben,
Pro quo
in petitorio in
Aula Cesarea
1619. den 21. Junii
judicatum, &
immissus obtinuit
Minoratum Plesiovien.

Erdmann, † 1694. Otto † 1663.

Balthasar Erdmann
† 1703.

Erdmann
zu Sorau und Pleß.

Johann Erdmann,
geb. den 2. Febr.
1719.

Vlrich 1693.
zu Pförthen.

Anshelm,
† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,

† 1726. ohne Erben.

Anshelm,
Erdmann,
geb. n. Oct. A. 1684.
zu Halbau, † 1712, alt 27. Jahr,
8. Monath, den 13. Junii.

Friedrich geb. n. Oct. A. 1684.
zu Halbau, † 1712, alt 27. Jahr,
8. Monath, den 13. Junii.

Balthasar Friedrich, geb.
den 17. Dec. 1711.
Consulent, qui Quæstionem
movet.



Eintrag von Büchern
der Stadtbibliothek

Z14315 OK

X2379847

Bücher der

Stadtbibliothek

zu Berlin

oder

der

Stadtbibliothek

zu Berlin



Zu 326 OK

X2379847

Leihkarte der Universitätsbibliothek

Universität

und Landesbibliothek

Sachsen-Anhalt

Wittenberg

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977

1977


1977

1977

1977

1977

1977



GK 311 v. Gromnitz
DISSERTATIO IURIDICA

D E
M I N O R A T U
I . N
F A M I L I I S I L L U S T R I B U S ,

Q V A M
P R A E S I D E
I O . V L R I C O C R A M E R O ,

I. V. ET PHIL. D. PROF. IVR. ORD.

P. T. ACAD. PRO-RECTORE;

DIE XIX. IVLII A. MDCCXXXVIII.

IN AUDITORIO ICTORVM MARBURGENSIVM

D E F E N D E

IO. HENRICVS RIEMENSCHNEIDER.

R B V R G E N

IO. HENRICVS RIEMENSCHNEIDER,
MARBVRGENSIS.



IENA E

REC. LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1740.